quia confusio nouerca est eruditionis. Constantinus uero
in panteg. intendens de doctrina pulsuum mul
tas uarietates et distantias proponit que pro
sui multiplicitate uix laqueis humane
rationis possent comprehendi. philaretus autem sub s
tante breuitatis inuoluens pericula confusionis
studuit euitare que caribdim confusionis
uolens effugere lapsus est in cillam obscure
breuitatis que obscuritas papue est inimica
doctrine. unde liber philareti a catholo libro
rum huius artis dignus probatur exemptum. nos medi
am eligentes semitam. breuitatem et confusionem
abhorrentes. de pulsuum differentiis componentes li
bellum ex utroque temperamentum fecimus
ut mediocritate seruata scolarium nostrorum quod doctri
ne tenere edulio alantur intelligentie studiamus.
scripsimus autem sub artificio metri rationis ut uer
ba uerbis ligata sub sigillo memorie clauda
antur et citior doctrina comperatur. ab huius operis huius uestib
ulo planeticos et discursores fatuum copulas
et parum quidem stratores seculusos monachos qui
uariam religionis adeptam perfecte monachi
renouata in huius artis misterio prophanamus
presumentes. talibus .x. monstris hominum huius
operis secretus uolumus propalare. margaritas
.x. non sunt spergende porcis et phisice mistica
diuulganda sunt impiis. omnes quoque tales ista
sibi mouimus ut quamquam intellectum non potuit ad
ea et legenda uideantur indigni. quoniam uero magis
trum librorum principiis solebant inuestigari in
huius operis principio inuestiganda occurrunt. que sit au
ctoris intentio. que causa intentionis. que utilitas. ad
quam partem philosophie supponitur. quis modus agendi. que
libri diuisio. quis ordo tractandi. quis titulus. In
tentio auctoris in opere hoc est compendiosam de pul
sibus tradere doctrinam ostendendo inmutationem pul
sus et causas inmutationum et genera eorum et differentias. Cau
sa intentionis est utilitas omnium et humanitatis
indigentia de pulsuum doctrina. Utili
tas est presentium humani corporis cognitio dis
positionum et futurarum prognosticatio et preteritarum ratio
cinatio et hoc tam in sanis quam in egris quam in ne
utris corporibus. liber iste pro parte pertinet ad phisicam
modus agendi duplex est. diffinitiuus. diuisi
uus. Diffinitiuus quia omnia genera pulsuum hic
diffinit et singulorum diffinitionum determinat que
ad diffinitam pertinet doctrinam. Diuisiuus
quia omnia genera pulsuum in diuersa partitur et eius
inmutationum in diuersas causas partitur et species
uariat. sectiones partium huius operis diuisio. Diuiditur
namque in .iii. particulas. In prima agit de .x.
generibus pulsuum secundum diffinitam rationem et de con
sideratoribus secundum quas ratione pulsus discernitur. et de ge
nerum speciebus et de circumstanciis et causis ex qui
bus pulsus uariatur. In secunda particula et .iii. prin
cipaliter discernit de pulsuum significationibus
unaquaque tamen particula suum habet ordinem tractandi
secundum specialem et proprium. quod ex serie littere propitius
fiet et manifestius. Titulum erubesco exprimere
quia pertinet unius liuor post fata quiescat. cum
suus ex merito quemque tuetur honor. Sed ne
huius libri auctoritas in laudem detractoris
infando titulum fraudo mutationem quirat
ne alius grana que non seminauit colligere pre
sumat. demisso uultu et uerenda fronte titu
lum subponimus ut detractor filigraphus nostri
monetam ingenii et laboris alia ymagine et
adulterina effigiare non possit. Est quidem titulus talis
Incipit liber magistri de pulsibus metrice com
positus. Huius hiis ad litteram accedamus Inge
nii uires modicas et cetera. more uete sebenaium
operi suo prefabit prohemium in quo leges et debi
ta prohemii decenter exsoluit. captat .x. beniuolen
ciam ut ostendat uix metricam rationem tractatam quam

tractato uiri e ualde ad doctrinam attendendum
excitat si ariditate in 7 prolixitate insinuat
utroque dedicitate uenatur quod ex lectura prendimus
in e de pulsuum diuersitate. honorosa. i. grauis
7 difficultatis mole opprimens ingenium trac
tandi premit uires ingenii. tamquam humiles
7 debiles respectu in difficultatis. perplexa fi
guris. i. intricata 7 inuoluta ad minimum reddit
figuris. i. uariis diuisionibus 7 mutationibus 7 sig
nationibus quibus in signatur. ardua difficilis hec omnia
designant difficultatem operis. c. hic intencio
significatur nulli temptata priorum. nullus predeces
sorum meorum est ausus aggredi metricis pedibus operis ar
duitate. Qui tanti prerupta maris. i. profundi
in que mari comparatur propter confusionem. Velo freti ratis
officio. i. prosaice orationis. prosaica oratio comparatur rati
7 metrica pedi natanti. materies pulsuum mari
comparatur per quandam methaforam. Sic et. nauta in na
ui existens firma sui maris secure percurrit quam
metrice orationis si pedes ire presumeret. sic est animus
tractantis metrice confuse in remigio prosaice oratio
nis eam aggredi transmeare. fidis ingenua recusat
Alia methaphora per quam est difficultas operis ost
endi 7 recta est methaphora a cytara uel uiella 7 affi
dicula que si cordas habeat dissonas 7 inequales. i.
discordes nec plectro per artificium bene temperatas
ad tactum artificis nulla reddit consonanciam;
sic in ista tantam habet ingenuitatem operis met
rice orationis consonantas uix potest concordare sibi resulta
re. Quanto res grauior hec petit auctor ueniam
siquid peccauerit in tractando excusans se per diffi
cultatem materie.

Ingenii uires modicis conatibus impar
Materies honorosa premit perplexa figuris.
Ardua difficilis, nodosa, uirtuna prauis.
Ardua molimini nulli temptata priorum.
Qui tanti prerupta maris transire uolentem
Velo freti ratis offitio uel remigis usu
Sed pedibus metricis 7 sicco calle uadentem
Artificis tactum fidis ingenua recusat.
Verbaque iuncta non articulata decenti.
Sed rerum barbariei metrice compagis horrent.
Quanto res grauior, quanto minus apta resol
ui, ad ueniam tanto proclivior esse uidetur.
Cuius
ipsa rei grauitas siquid peccauit auctor.
Offensam culpe lauat absoluitque re
atum.

Cor uite sedes. Exacto 7 completo prohemio aggre
ditur auctor principale propositum ut tractet de diuersis
pulsuum. sed antequam ingrediatur sicut ante 7 pul
sum tractationem quedam preludia 7 conslilia pre
mittit ad operis confirmacionem quibus lector ad intelligen
ciam sequencium promptior 7 expedicior ac
cedat. primo igitur dicit complexionem cordis de forma 7
de compositione 7 de officio eiusdem quia a complexione 7 forma trahit
originem. est igitur notum quod summus pontifex qui cuncta
disponit cor qui quendam solem in medio mini
cosmi corpore collocauit. ipsum namque calidum
rotundum congruum concauum stabiliuit. calidum
ideo quia fundamentum est caloris uitalis 7 uitalis spiritus ad
inicium aut bene sit corpus totum calescit 7 uege
tatur. omne enim calidum. teste philaretho uelocius
mobile est; et non cor optauit mobilitatem acquirere
ut per eius motum infunderet e uitalis spiritus membris cuius
causa infusione uniuersum corpus habet negociari. ro
tundum est non expresse tamen sed in modum coni dispositum
quia rotunda forma est amica 7 consentanea motionis
sentit namque pulsus quod omne rotundum et non est
mobile sed uolubile potior est 7 magis incorrup
tibilius minuatur propter carenciam angulorum. dicunt namque
constantiores quod rotunda forma in lateribus est eius
articuli declinis nullos habens angulos in quibus su
perfluitates conueniant perfectura lesionem 7 san
guinem habet cor esse egonum ut alterius forme
7 angulis rubigo 7 in angulo superfluitas san
guis inherens causam dissolucionis peperit. Cor est
concauum 7 conuexum ut inter sue concauitatis am
bitum sanguinem cum spiritu illi est ab opere meliorem

vel theofile

ministrati acciperet et vitalem spiritum in se ubius
contineret. ut est aerem a pulmone expiratum postea
attraheret ad contemperandum fervorem innate estuationis
flammam si cor esset mere solidum corporis convexionis mediante
partium interpositione impediretur constrictio ex qua consequitur
dilatatio. Inde etiam constrictione nulla vitalis spiritus in
sufflatio fieret et a illi officio cor nato. Cor vite
sedes. i. universe vivificationis domicilium. Fida
mansio. i. fidelis habitatio. vitalis caloris. i. vita
lis spiritus. in quo omnia membra calefiunt. Basilium
[illegible] i. fundamentum. Sicut enim fundamento edificium
innititur. ita tota microcosmi machina cordis tamquam
firma basi et precipue roboratur. Unica non
sola sed unica principatu sunt. Sunt in quibus albe la
sol microcosmi. sed hec pollentior est ut a priori docui
mus vel minus principalium intra decimum ut desi
nimus. Sol microcosmi. Sicut enim in maiori mun
do qui macrocosmus dicitur sol beneficio sue illustrationis
irradiantur calefiunt et formantur. augmentata
augmentantur. et renascentia ad partum et conceptio
nem vocantur. quando autem a nobis absentatur illius op
positam regionem ad antarticum relegatur cardi
nem et aliquando nubes sua oppositione eius nobis fura
tur conspectum in hora suo privantur beneficio et aer
tristis et caliginosus existit dampnatus absentia
claritatis. Similiter in sole nostro cor. i. corde universitas
membrorum calefiunt. vegetantur ad nutrimentum et repara
tionem partium mutantur. Si enim nubes fumosita
tis obtenebretur ut aliquando est repentina moritur ad
eclipsim. patitur corpus humanum et luce privatur
vegetationis. Vivifici talami. In thalamo
luxuriant homines. iocantur. lasciviunt. et re
creantur tristes et importuni et superstitiosi absentan
tur. Similiter in thalamo cordis in quo celebrantur
nuptie anime et nostri vivificans spiritibus tamquam a fodiis
et vitalibus ministrantibus. Sicut enim matrimonio gau
dens ex oblectamento temperantie perlaetatur et con
fortatur. nube illic illuminatur et ex sanguine
puro et sincero sue [illegible] fortatur. ideo cor
recte thalamus vitalis vigoris dicitur. Tronus que
sicut in trono principantur reges. sic in corde regnat
et solium tenet illius calor. Et penetrale calo
ris secretior est pars domus. et cor est secretior pars
humani corporis ad quem tamquam magis clau
sam et secretam aliis extractus vis mortifi

cationis tardius corrumpit. unde mors ascribitur extinc
tio caloris naturalis in corde. Sed eque per vita debi
llari non eius turris principalior obviatur. Cetera
membra sunt que   et appendicia castri quibus
dirutis principatum vite non derogatur. In quo s.
in corde. Scaturit. i. ebullit. et eluat. Aquarum est
scaturire que de terra extra impetuose saliunt et e
rumpunt. Aqua namque feculenta limi ligatur
viscositate non scaturit. Et quod scatit in corde ad
similitudinem aque scaturizantis. ecce quod. Fon
ticulus. i. vitalis spiritus cum sanguine mundo de
fecato et defecto fons iugiter manans saliens
in corpore vitam nec arescere potest nisi cum violentia
morbi siccaverit. qui s. fonticulus membra regit
tamquam presul et patronus corporis et ea sustentat
vegetat. i. vivificat sua infusione ut nat
ura mediante per membra. Auget. quia vigore vita
lis spiritus et animalis corpus mitigatur istud
mentis pendentibus solvendum relinquitur non in modo ex
ceat. Disponit. totum enim corpus sue complexioni
assimilat et confortat vel tota calida acceptum. Sola
ossa non potest immutare a sua complexione cum sint frigida et
sicca sed per partes cor convenientis quam melius in tegit de
claravimus. Adaurat. i. eventat et refrige
rat. et attrita aeris mulcebritate obtemperat
alitur. enim totum corpus vehementia estuationis inde
dicitur. vel aer corpore attractus et inspiratus a pul
mone flagello sue eventationis ipsum demulcet. hic
i. ab ipso corde et tamquam firmamento. Hic regres
phisice firmatorum causa stabiles nervos et phisica vin
cla. i. firmas proportiones quam nervis attenduntur.
phisici enim nervos et invisibiles gomphos quibus anima
corpori est inretita. est enim certa mensura et certa propor
tionem inter in quantum qualitas cordis in qua cor ca
lorem aliorum membrorum dicitur excedere sed infra aliam
metam subsistit magis quam possit ferre non
vel sua metam supergrediatur destruitur meta. Ut
phisica vincula dicuntur. iij. spiritus. vitalis. naturalis. ani
malis quibus mediantibus anima corpori adiungitur.
Illi namque spiritus licet in diversis locis habeant gene
rari. tamen in corde generantur robur et vis confortationis eo
rum illis ex illi calore et ex illi spiritu virtute calo
ris defecto in corde vitalis spiritus reparatur et ex vita
li recreatur animatur. Ex semetipso. Dicatur cor
esse solem corporis et fundamentum caloris illius

unde assignat causam quare ita sit, quia virtus ignea, id est naturalis calor, contractus ex primis complexionibus que esse seminarie et originales habent sedes cordis et quedam sedes germana eam sedem devote amplectitur. Licet in quadam parte totius corporis sit calor qui regit totum, cor tamquam firmam et stabilem asserit mansionem. Unde dicit philosophus ex forma cordis cor esse aliquatenus habitaculum naturalis caloris. Habet siquidem formam pineatam in uno loco grossam et rotundam quadam latitudine orbiculari diffusam, superius vero tendentem in acutum. Ex [illegible] partibus et [illegible] aquosioribus et plus terrestreitatis habentibus sic in uno corde amplato aquose partes compedite a terrestribus non sequuntur motum in[illegible] [illegible]. Aliter quia [illegible] parum est [illegible] quadam orbiculatione rotundatur. Ignee vero partes et aeree superius rapte impetu caloris motu propter levitatis ascendentes tendentes in acutum cordis summitatem in modum coni constituunt. Sed obicies: quare in humano corpore cor ita dispositum est quia secundum positionem corporis cor in summitate grossum est, inferius vero acutum consistit. Unde propter istam conversionem non parva infingitur. Ad hoc dicendum est quod homo secundum Grecos dicitur antropos, id est sursum conversus et arbor inversa. Sicut enim arbor [illegible] quandam radicem inferius sursum habet et a radice ramos procedentes inferius, sic et homo cerebrum quod est quasi radix totius superius habet positum. Cetera vero membra a cerebro tamquam a radice mediantibus nervis procedentibus habent constituta deorsum. Itaque secundum ordinem conversionis cor in superiori parte obtusius, in inferiori vero [illegible] ordinis acutum. Sed illo ordine positionis inperfecto cum omnis radix debeat supponi et ramus elevari, est cor secundum hunc ordinem non in summo acutum, in imo grossum et obtusum. Edificat quasi basim, id est fundamentum sive corporis quod ex terrestribus partibus et uno residentibus compositum est.

Cor vite sedes, vitalis fida caloris

Mansio, nature basis, unica sol microcosmi.

Vivificat talamum [illegible] et penetrale caloris.

In quo fonticulis scatet et fomite spiritus

Quo membra regit, vegetat, auget, disponit ad

[illegible]

hunc stabiles nervos et physica vincla

Ex quibus humane constat fundamina vite.

[illegible]

Sed sementinus hanc incolit ista calor.

In sedem germanam recedit virtus ignea secum.

Unde datur membris species cognata calori.

In conum consurgit apex, terrestria fundat.

Edificat quasi basim, sursum leviora feruntur.

[illegible]

Effrenoque rapit. Postquam egit auctor de compositione cordis et forme eius et officio ostendit auctor quid sit motus cordis. Ad quem melius investigandum sciendum quod tres sunt motus in humano corpore. Primus est non [illegible] secundum [illegible] sed animalis et dicitur motus [illegible] et naturalis invariabilis et violentus ex quo [illegible] [illegible] nescit desistere quousque finiatur unde arbitrio non fortis compescitur nec voluntarie compescitur. Videt namque natura talem ex quo incepit necesse est perficere. Talis est motus cordis. Erravit ergo [illegible] qui asserebat motum cordis per quosdam nervos a cerebro descendentes ad lacertos per totum quos lacertos ipsi nervi movent thoracem et sic [illegible] pulmonem pulmo motus movet cor. Quod ab aula nostre speculationis arbitror esse inflexandum. Motus autem cordis ut dicit G[alienus] nullus est neque est in nostra potestate ut possit differri. Motus anime voluntarius est rationalis et voluntati subiacet et ratione moderatur. Administratur enim per nervos et animalem spiritum qui animalis est et proprie hunc motum possumus differre et retardare prout volumus sicut motus pedis et manus vel alterius membri. Tertius motus qui medius est motus pulsus et thoracis est enim partim naturalis unde ex toto differri non potest necessitate inducente legem motionis, partim voluntarius est unde ad tempus differri potest et voluntas arbitrium sequitur procedit ab anima et est animalis. In eo autem quod ex eo differri non potest necessitate respirandi in actum reducitur. Quia non procedit et est naturalis. Non est itaque motus cordis proportionalis motui pulmonis. Motus enim cordis plus duplicatur vel triplicatur quam motus pulmonis vel thoracis semel completur.

motus autem thoracis semel proportionatur motui pulmonis. Et quod motus cordis non respondeat motui pulmonis manifeste apparet si dextram manum super levam applices mamillam. Vel si pulmonis et arterie dilatationes id est compares prius replicari motum cordis quam sentit predicti motum pulmonis. Sed motui arteriarum est proportionatus motus cordis. In toto namque corde movetur tota arteria. Sicut in toto baculo in manu movetur simul baculus in summitate et in medio et in principio videtur. Et aliam arteriam prius motam. Postius vero cor enim non moveatur nisi ex motu cordis. Spiritus autem vitalis qui cor dilatat non prius sunt esse in corde et arteriis sed tractu temporis a corde in arterias diffunditur. Unde motui cordis arteriarum dilatatio sub successiva esse videtur. Quod solvet montipedales (?).

Motus autem cordis de quo assignatam rationem effrenus est et nervus (?) duplex est. Alius simplex alius compositus. Simplex qui tantum consistit in dilatatione et tantum in constrictione. Compositus qui ex constrictione et dilatatione consistit et constat ex duobus in motibus: diastole, dilatatio et arsis idem est. Constrictio et sistole et thesis idem est. Et est diastole motus cordis ad extrema. Systole vero est partium circumferentialium ad centrum reductio. Impetus quidem cordis et vehementia spiritus implentis operatur dilatationem et tamdiu durat motus dilatationis quantum permittit impetus caloris et violentia impulsionis. Diastolem itaque operatur calor ebullitionis inducens et spiritus implens cessante et languente violentia in pulmone remittitur motus dilatationis et tunc ex extremitatibus (?) substantia cordis per extremarum partium coherentiam et gravitatem fit compressio cordis et extremarum partium reductio ad medium. Motionis vero cordis varie et differentes sunt cause que a nobis visum est distinguendum. Calida cordis complexio, fortior eius et composito extremitatum substantia et spiritus cum fumosa superfluitate innatus. Certe tres cause visum assignari per virtus spiritualis que a tribus precedentibus procedit. Sed qualiter implente tamquam ministro et a calore tamquam artifice fiat dilatatio plenius ostendemus. Sanguis per concavam venam ab epate cum illi spiritu per dextram auriculam cordis ingrediens cordi ministrat in cuius concavitate sanguis receptus cor calidissimum ingrediens incipit ebullire et ebulliens rarificatur in spiritum et fumum. Differt autem spiritus a fumo quia spiritus subtilior est, fumus vero grossior. Sicut est spiritus inter aerem et ignem medius igne obtusior et aere subtilior. Fumus est inter aerem et aquam medius aere vero grossior et aqua subtilior. Fumus itaque et spiritus in corde generati vi rarefactionis ampliorem locum occupant et cordis concavitatem replent et distendunt. Unde fit cordis dilatatio. Quia autem corpus rarefactum maiorem locum occupet potest probari auctoritate et ratione. Dicit namque Aristoteles ex uno pugillo aque fiunt x pugilli aeris. Sed et ad idem arguendum potest induci: si castanea integra igni totaliter supponatur, calor ignis humiditatem castanee in fumum resolvit. Fumus resolutus multo maior est quantitate quam humiditas a qua generatur et maiorem locum occupat et locum inter corticem et castaneam replet et distendit et cum intus nequeat contineri, querit ad evaporandum exitum quod quadam violentia sursum movet et secum castaneam deportat nec eam deprimi permittit donec rupto cortice evaporet. Similiter cordis dilatatio ex fumo et spiritu locum ampliorem quam sanguis accipientibus. Sed constrictio cordis ex sola eius compositione efficiatur. Sicut ad dispositionem castanee sola eius gravitas sufficere videtur. Cum igitur motus cordis cum sit per dyastolem et systolem triplex, calor complexio spiritus et fumo innatus, sed quia ex hiis tribus virtus operativa que est vitalis eius procedit que sic describitur: Virtus motiva cordis et arteriarum et cetera. Obiicitur de compressione cordis. Videtur namque quod sit operatio virtutis. Nam quando maxime compressio definitur virtus operari non iam aliquem motum exercere. Sed virtus vitalis non potest operari nisi spiritu aliquo mediante. Similiter in compressione non modo spiritus non per ipsum fit sed potius ex coherentia cordis partium. Quia cum sit gravis substantie, virtus sue gravitatis ponderositate deprimitur. Non ergo virtutis operatio est motio cordis et arteriarum per dyastolem et systolem sed per dyastolem tantum. Quod obiicit auctor hic ad solvendum relinquimus illis qui in talibus negotiantur ut habeant materiam litigandi.

Hiis explanatis. Restat explanemus. Effreno id est violento nexu (?) et illi de composito motu intellige. Quod per partes explicat dicens sic dicit. Nunc id est quando surgit in arsim id est in dyastolem id est ex calore ebullitionem faciente et ex spiritu implente. Nunc id est aliquando completa dilatatione cessante impulsione spiritus thesim id est systolem. Adversa quando contrarius motus dyastole premit ipsum cor ex coherentia et gravitate ipsarum partium

thesis dicitur emula, id est familiaris et amica centri, id est concavitatis cordis. Continuo dilatatur cor et violento motu repitatur. Unde cum sit calidum et indesinenti et effrenato motu agitetur, posset inflammari et incandescere cum sit maxime calidum. Et secundum philosophos et methodicos quod solida corpora cum sint calida ex motu calefiunt, non tantum calida immo etiam que frigida sunt et tenera. In contingit et in molendinis circa axem ubi rota volvitur ex impetu effrenante volutionis ignem ardendi maximum. Quod si fieret in corde, corpus humanum deficeret et discrimen dissolutionis incurreret. Quod ne fiat, natura provida et discreta et in cunctis operationibus suis provida dispensatrix pulmonem constituit tamquam famulum et camerarium cordis qui ventilabro concepte aeritatis contemperat cordis fervorem et igneam eius faciem flabello blande eventationis demulcet. Sed pulmo madidus, quia ipse est receptaculum in multa aquositate humectatur. Citra humoris alumpnus, id est flatus qui est citra humorem primus indigestus, sicut dicit Haly. Unde Ysaac in libro urinarum: spumositate sanguinis pulmo est attractivus ab eo ut inde ei flammam faciat et calorem suum contemperet. Multis distinctus cavernis, id est spongiositatibus quibus cavernatus est ut intra se concavitatis ventriculos maior aeris quantitas valeat contineri et fideliter retineri et diutius. Nam si aliqua in eo esset aquositas et spongiositatis, aer intus receptus statim exiret nec stabilem haberet mansionem. Sed ex quo est in illis cavernis intricatus diutius immoratur, cuius diuturna commoratio cordi necessaria est plurimum ad temperamentum caloris in refrigerium. Spiraminis, id est aeris inspirati.

Effreno rapitur motu, nunc surgit in arsis,
Nunc adversa thesis ipsum premit emula centri.
Continuo motu res funditus pestis aduri
Deficeret, thet (?) quia sui cuspectica (?) motus.
Sed pulmo madidus, citra quam humoris alumpnus,
Multis distinctus cavernis, fomes ignei cordis,
Blando concepti spiraminis ore flabello.

Cordis forma et cetera. In hoc capitulo breviter insinuatur que sunt cause motus cordis quarum distinctio sua luculenter ex precedentibus indicatur. Forma in quantum ad rotunditatem eius et concavitatem que forma mobilitati absentanea est. Nam omne rotundum est mobile. Deinde crasis, id est calida eius complexio. Omne namque calidum velociter mobile est sicut econverso frigidum tarde mobile. Fumus ex sanguine resoluto generatus per parvam rarefactionem vim ampliorem locum occupans inflat cor et dilatat. Vis spiritualis, id est spiritus existens in corde ipso. Unula virtutis, id est vitalis ministra operatione, sed defert virtutem spiritualem vel vitalem spiritum. Tribuens spiramina membris, id est spiramina vegetationis toti corpori infundens. Hec omnia predicta cause sunt. Arsis, id est dyastole. Thesis, id est sistole. Que est extremarum partium ad centrum reductio. Perficitur ex sola gravitate, id est coherentia sibi dum deprimitur per se, id est motu proprie gravitatis nulla compulsione spiritus ad hoc operante. Hunc regit et celebrat. Dixerat auctor motum cordis effrenum esse et nativum quod sit a natura tantum. Sed quia videretur aliquis quod soli nature attribuendus esset motus cordis et quod omnino a virtute anime sit alienus, ideo ostendit quod quamvis sit a natura principaliter, tamen vigorem sue confortationis sortitur ab anima. Sed probatur quod motus cordis ab anima tamen procedit. Dicunt namque quidam inter partes quod virtutes quedam attinent non tantum et de illis. Alia est que corpus vivificat et cor dilatat et arterias et tamen restringit que ad animam pertinet et dicitur spiritualis. Alia est que sensum et voluntarium motum perficit et dicitur animalis. Sic videtur ex verbis actoris quod virtus spiritualis que motum cordis operatur tamen ab anima procedit. Ad hoc dicendum est quod cum dicatur virtutem spiritualem ad animam pertinere, ideo hoc dicitur quia vitam et principium sue essentie sumat ab anima. Sed quod ex infusione anime suam perfecti exsequitur actionem aut infusionem anime meretur tantum sub hiatu. Sed anima infusa membris facit. Unde ex anime infusione omnes virtutes corporis suis operationibus fortiores existunt.

Cordis forma, crasis, fumus, vis spiritualis,
Unula virtutis, tribuens spiramina membris,
Sunt arsis cause, thesis ex sola gravitate
Perficitur dum deprimitur substantia per se.
Hunc regit et celebrat nativa regula motum,
Cui vis anime membris infusa vigorem

Suscitat. et reliquis virtutum temperat usus.

Innatum recreat. Quid sit motus cordis et quibus causis concurrentibus fiat et quod ipsum motum operetur s. autem anima autem non. actor sufficienter exequitur. quia non ex motu cordis et ex causis operantibus pulsus procedit. ideo substitutionem sui insinuationem descriptionis pulsus. Cum enim huius operis tota doctrina contineat circa pulsum tenetur assignare eam ut descriptionem a philareto describitur pulsus sic. pulsus est motus cordis et arteriarum secundum systolem et dyastolem et cetera. hec diffinitio intelligenda est per causam non per essentiam. sic enim inter diffinitiones istius artis. pulsus enim non est illa motio que est in corde cum illa sit singularis et pulsus in arteriis et que est pulsus. Sicut enim ex motu arboris sequitur motus frondium et fructuum non tamen unus est alius sed ab alio fiat. sic et in pulsu fiat. movetur enim et dilatatur ex cuius motu vitalis spiritus impellitur et in pulsu motuum arterias quorum motus est pulsus. unde pulsum sic possumus diffinire. pulsus est motio ex diversis motibus composita in membro cordiaco et arterioso secundum quod motu cordis et quorundam arteriarum procedens virtute operante et spiritu mediante. possumus et dicere quod diffinitio philareti intelligenda est per essentiam ut pulsus sit motio composita ex motu cordis et ex motu arteriarum. Ex diversis namque motibus consistit pulsus motio una composita. secundum hoc itaque motio cordis motionis que est pulsus et motio arteriarum est simul et per se dem. Ille ergo qui tangit pulsum sentit plurimum quam ita pulsus. non enim sentit motum cordis sed ipsum perpendit ex cognitione motus arteriarum. literam expone. talis motio que pulsus facit composita est ex motu cordis et arteriarum. constat i. componitur ex arsi atque thesi i. dyastole et systole. i. motio cordis et arteriarum composita secundum dyastolem consideratur. Sequitur ut mulcebris aura. hic assignat utilitatem pulsus. unde hec clausula non est de diffinitione sed ad utilitatis expositionem annexa est sicut in diffinitione philareti iungitur hec clausula ad infrigidationem caloris innati et cetera. Est ergo utilitas pulsus ut suo motu corpus calefiat et ut aere inspirato a pulmone vitalis spiritus reparetur. illius enim aeris attracti per evaporationem per poros corporis quedam pars consumitur quedam cordis constrictione ad pulmonem respiratur. quedam retenta subtiliatur et depuratur et ex ea vitali spiritu adiuncta et convexa vitalis spiritus cooperatur. et hic est in mulcebris aura. hic est aer inspiratus recreet i. demulceat et temperet innatum calorem. i. illum quod aliter estuaret et incenderetur. et sciendum quod duplex est innatus calor. unus concretus ex primis principiis et est potentialis qui mortuo animali non recedit quia ingnis est comes et perpetuus assecla ei quem violentia in mortificationis non permittit. Caro enim leonina quamvis mortificata sit tamen colica est et calida in iiii gradu. et in corpore suscepta dissolvit et febres provocat. unde hic non ex calore ignito. Est et alius calor concretus ex influentibus i. ex infusione spirituum et humorum et est actualis tamen quod statim relinquit et iste ex aere recreatur et contemperatur. quoque umbracula nubis fumose. i. fumose superfluitatis que retenta obumbret in corde vitalem spiritum. Abstinant procul. i. exsufflentur a corde in pulmonem et a pulmone exterius emittantur. hic per quam qui flatum suspendimus et quod aera cor attrahit sed quod fumositates expellit. dicimus. inspiratione fit attractio aeris quod aer per tracheam arteriam ad pulmonem transmittitur et in pulmonis carnivalis suscipitur nec ad cor ille aer totus transmittitur duplici de causa. tum quia cor totius aeris attracti a pulmone capax non esset cum pulmo est capax tamquam maius membrum. tum quia ei parte in se contrahit ubi hic aer ab exterioribus attrahatur non tamen cor invenit aerem in pulmone quem possit attrahere. quamvis pulmo sit repletus aere et cor habeat in se sufficientem aerem in quo possit foveri tamen videtur quod longo tempore possit flatus nullo mediante suffragio ab aere extrinseco. tamen hic sic non potest. quia cor semper in constrictione quam successiva est dilatationi fumosas superfluitates emittit et transmisisse ad pulmonem quas non possent exsufflari et in corde continue revolute ad cor et recipiente vitalem spiritum ingrossaret quod subtilis debet esse subtilis. unde nimis in grossato spiritu nimia fieret cordis dilatatio et extrema ad medium prohiberet redire. sic enim nimia subtiliatio spiritus in quibusdam est causa mortis unde nutriti in grosso aere si transferantur ad calidam regionem in qua defecatus est aer cito moriuntur quia spiritus vitalis nimis subtiliatur et per eum debilitatur non per constrictionem cordis ad plenum dilatare. hinc est quod sincopizant et sincopizantes suffocantur hinc est quod pisces nutriti grosso aere aque. ab aqua extracti ad nostrum aerem qui subtilior est moriuntur quidam tardius ut anguille quidam citius ut allecia. quidam mediocriter ut lucii barbulli

et quare hoc sit. investigetur socii. Similiter nimia
vitalis spiritus ingrossatione pre nimium moris iacitur.
tur. Unde homines de libia si transferantur per glacialem
aerem non diu vivunt. nec nos vivere sub aquis pos-
sumus propter eandem causam quia spiritus vitalis propter inspiss-
ationem quam pre nimio suscipit. corrumpitur. et non in-
spissato et implente cor de spiritu inmoderate cor di-
latatur. Ex cuius motu sue dilatationis excedit
impedita constrictione facit ad incensionem animat.
Sunt enim due cause mortificationis inmoderata dila-
tatio et inmoderata constrictio. Sicut enim animale corpus vi-
vere non potest nisi post dilatationem moderatam sequatur con-
strictio et constrictionem debita sequatur dilatatio. sic
ex impedimento vel inmoderantia dilatationis vel con-
strictionis periculum mortificationis incurritur ut mortuum
corpus humanum non sufficiat inspirare vel res-
pirare nec respirare sufficiat vel inspiret. Hec autem
fiunt secundum vastitudinem dilatationis et constrictionis cor-
dis. Inde est quod ex risu et ex nimio gaudio propter nimi-
am dilatationem fumose superfluitates impedita con-
strictione non exsufflantur sed in corde retinentur retente
inspiratum vitalem spiritum qui deberet esse subtilis quasi preter
modum inspissatus extinguitur. sic ignis
etheus igniens etiam quum motus ignitionis ad
grossiorem descendit aerem dum ingrossatur na-
turam subtilitatis excedit et extinguitur. Consi-
milis ignis in stupa accensus in ore ioculatoris antequam
lesionem possit suffocatur. Si ratione ignis existente aere
nimis humido et pluvioso vix potest ardere quia
aere pluvioso ingrossatur. Ex gaudio enim fit sin-
copis alia ratione. quia impedita ex suffusione vita-
lis spiritus non potest reparari. quo deficiente cessat sensus
et motus dico voluntarius. ut calor in corde ex
superfluis superfluitatibus inflammatur. sic ex gau-
dio fit sincopis et mortificatio cordis quoniam propter
dilatationem inmoderatam. ita ex tristicia et timore
plerumque nascitur propter inmoderantiam constrictionis. Due e-
nim laterales partes cordis inmoderate constringuntur
exclusa vacuitate in corde nullus aer recipitur
non dicitur fit aeris inspiratio que necessaria est ad contemperandum
fervorem cordis. et ad vitalem spiritum reparandum.
Hec autem omnia variantur. intenduntur et remittuntur
per differentias cordis. Cor autem enim molle est et tenuem et
laxam habet substantiam. tale cor gaudio superveni-
ente obediens suavi per eum amplius dilatatur et
vehementius et homines talis cordis facilius sinco-

pizant et fortius et si constituantur in balneo caren-
te respiratione ex sincopizatione periclitantur. Ho-
mines vero durum cor habentes et terrestre et conser-
tum ex gaudio tardius sincopizantur et durici-
es cordis resistit dilatationi inmoderate. Sed ex tristi-
cia superveniente fortius sincopizantur quia per eum durities et
gravitas iuvat excessum constrictionis. Sed qualiter
et si ingrediatur fornacem vel aer subtilior est propter
afflationem metallorum vehementer sincopizant fa-
ciunt ex defectu dilatationis quia vitalis spiritus est in du-
ro corde debeat esse grossus a subtilissimo aere
valde subtiliatur non potest lata cordis ad mensuram de-
bite dilatationis replere. Inde contingit quod pueri citius
sincopizant quam viri.

Innatum recreet in membris aura calorem.
Et penitus absistat fumose umbracula nubis
Spiritus ut tigno reparari fomite possit.
Ex arsis que tesis conflatur motio talis.
Ut pulsus faciat et vite consona fiat.

In pulsu resonat. Insinuata pulsus diffinitione
dicit actor in hoc causam quod sit utilitas considerationis in pulsu.
Est quidem maxima utilitas. videlicet declaratio constitutionis vel
habitudinis cordis temperati ut distantie eiusdem
discretio passionum et affectationum anime dilu-
cidatio cuiusque accidentis et egritudinum. districtio futu-
rum eventuum vel ad bonum vel ad malum. cognitio
vite vel vite abbreviationis vel de-
lucidationum vel certificationis quod omnia ex sententia ista
melius clarebunt. Tenor et concordia vite. id est sta-
bilitas vite humane et eius concors continuatio
vel in longe cordis ipsius. In pulsu resonat. id est
manifestatur per pulsum. Sicut enim per sonum cla-
ritas metalli declaratur et cimbali. et bonitas et
malicia per sonum deprehenditur. sic per pulsum qui
per quendam sonum quia cum arterie pulsantur ex
motu spiritus implentis declaratur temperantia vel
intemperantia corporis humani et non solum per
pulsum cognoscitur sed et amor. id est pax et con-
sideratio vitalis sinzugie. id est vite humane
que per quandam sinzugiam et proportionem et concordiam

omnium elementorum vitalem syzygiam potest infligere admirabilem compaginem et matrimonialem copulam inter corpus et animam. moderato corde .i. modulatione. Intima tempories .i. temperantia non solum cordis sed interiorum membrorum que corde bene se habente fortia et contemperantiora existunt. sicut eo male se habente languent et fatiscunt. secreta voluntatis .i. passiones et affectiones sicut gaudium ira tristitia animositas timiditas avaritia quando mutant per sui et per pulsum declarantur quamvis cognitio talium sit difficilis. In gaudio etc. quia cor motu declaratur propter temperamentum et quia sanguis est huius temperamenti qui in gaudio motus calor paulatim ab interioribus ad exteriora diffunditur. unde pulsus paulatim temperato in magnitudinem augmentatur et mediocritatem inter fortem et debilem inter velocem et tardum sibi vendicat. non etc. multa refrigeratio est necessaria propter caloris temperamentum. In ira quia calor impetuose ab interioribus effunditur et colera effusa que ira movetur ex ira plus repente in magnitudinem surgit et impetuose colere maxime provocatur neglecta mediocritate fortitudinem velocitatem et frequentiam assumit unde si talis efficiatur pulsus potest iram corpus sine febre irritamento sui cordis excitatio colli propter quod talis ex ira fiat et utrumque significet. cum ira maxime sit fervor cordis et est in quo ex desiderio vindicandi cum vindicta fiat per exteriora excitat calor furiose precipite. sed vero pulsus qui fit ex ira sed fortis frequens magnus fit et velox tamen inter duritiem et mollitiem est mediocris. In tristitia et timore pulsus parvi et debiles fiunt quia calor ab exterioribus ad interiora reducitur ex motu illic que dominium habet in timore. pigritia illis calor et sanguis confortat motum illic deficit et sanguis qui congelatur efficitur unde pulsus parvus et debilis et occultus sed in timore magis quam in tristitia propter subitum motum terroris et tristitie leniorem. si timor aliquantulum duret et moveat quoad vires debilitate et vir torpeat et pigrescat fit pulsus vermiculosus deinde formicolosus. In timore vero quia calor illis subito ad interiora perpellitur. ut in quo vindicta fugit. inde defensura se redit ex duplicitate talis motus fit pulsus velox et tinens et inordinatus. Si vero perseverat minor pulsus est et similis redditur. sed si tardaverit quousque virtus debilitetur fit pulsus formicolosus ex magnitudine et audacia illi contraria. ex humida cum fuerit

cordis non tamen fiunt pulsus magni et fortes ex timidis et pusillanimes fit pulsus parvus et debilis ex liberalitate et largitate magnanimitate temperate ex audacia quod enim non solum passiones anime per pulsum innotescunt sed et tempora egritudinum que sunt .iiii. s. principium augmentum status et declinatio et quantitates paroxismorum et quantitates periodorum. In principio egritudinis fiunt pulsus parvi et veloces minus quam in augmento propter cruditatem humorum et quia calor multa materia oppressus non potest eam resolvere ad plenum. In augmento egritudinis iam adusta materia amplius resolvi incipiente. Invalescente calore pulsus maiores et fortiores occurrunt. In statu vero pulsus ad magnitudinem et velocitatem accedunt propter acumen caloris. In declinatione vero tepescente calore minores pulsus et tardi fiunt. Cum autem fit declinatio sic cognoscitur. si pertransierit crisis ut est cum materia est consumpta. quia sepe contingit eam febrili calore consumere sine aliqua purgatione et tunc eger incipit esse compos sui. et tunc est declinatio morbi et tales pulsus boni sunt. Si vero nil corpus percesserit et egrotante stupidus fuerit et sensibilitatis diminutio. tales pulsus pessimi sunt quia ex defectu morbi non fiunt sed ex defectione nature. unde dicit philaretus tales pulsus semper sunt difficiles. Augmina .i. augmentum egritudinis. In augmento intellige principium. paroxismus .i. exacerbatio que quandoque fit in continuis que vocantur acute .i. acute. ideo paroxismos habent. pulsus paroxismorum instantiam indicat quia tunc vehementior et magnitudo constituto. status .i. status. et periodicus circuitus .i. accessio interpolata quod ad interpolatas que sunt calidores et periodos exsoluunt pulsus indepositam febrem signat quia non continuus suam velocitatem et frequentiam sed certis temporibus lentescat et certis invalescat habet misterium ad signandum interpolatum morbum. certa motus .i. determinationes acutarum que dicit dominus quid fata minentur. tria sunt fata .i. tres parce clotho lachesis atropos. clotho .i. emanatio de non esse ad esse et generatio. lachesis .i. productio et continuatio existendi. atropos que est corruptio a tali statu. s. quoniam de non esse ad esse tota vis et facultas procedat in pulsu resultat. vires frangens. hoc ostendit ultima utilitas cognitionis pulsus quia vite iudicium per ipsum significat vel certificat. et per eum statas

L. I. III. 9.

Liber de Pulsu

(in Verse and prose)

urine et uitalis apparet. urina namque considerata fallit medicum ut et eius iudicium certificet per pulsum. Nam si pulsus urine consensit tunc est iudicium urine. Si autem dissensit. malum est cui non sit prorsus significatiuum iudicium. id est ad unitatem iudicii reducit genus in speciem. urina apparet rubea et turbata in colore et substantia et significat distemperantiam corporis et calorem et ideo egritudinem significat in genere. sed quia per se apparet ex multis causis sicut ex febre ut apostemate ut ruptura uene ut ex calculo ut ex colericis collectione ut ex inmoderato exercitio sanguine multo fluente quamuis significet egritudinem in genere non tamen determinate et diffinite significat. sed pulsus consideratio significat et specificat et determinate declarat que sit egritudo in specie utrum febris ut alia et si febris utrum continua ut interpolata.

In pulsu resonat tenor et concordia uite
Coniugie uitalis amor moderamina cordis.
Intima tempies animi. secreta uoluntatis
Augmina portentum stat et prodit error
Morborum etiam mors quod fata minentur
Quod possit lachesis. quod quoque parat officialis
Atropos. ense necans dum fila sorori rumpit.
Urine fraudes aperit discretio pulsus.
Certificat quoque fidem pulsus confirmat et urine
Judicium. generis in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens perdita
nubat.

Quinque modis. Execucionis quibusdam accessoriis et preparatoriis ad sequentis operis doctrinam pulsus necessariis. scilicet de officio cordis. de forma de complexione. de motione eius et causis motionis de diffinitione pulsus. de utilitate considerationis pulsus. hiis diligenter premissis actor aggreditur principale propositum ut scilicet instruat doctrinam de generibus pulsus. Sunt namque genera et dicuntur diuerse pulsus secundum diuersas differentias medici considerationes et sunt x. genera pulsuum. Prima consideratio medici attenditur secundum quantitatem motionis arterie que triplex est. Nam motio arterie talis est quod aut est magna ut parua ut mediocris. uel fortis debilis uel mediocris. Ut talis quod sit uelox tarda mediocris. Ab hac prima consideratione que quantitatis est circa quantitatem motionis. tria genera pulsus nascuntur. primum genus est magnus paruus ut mediocris ut sub uno genere contra comprehendantur ut colligamus quorum eadem est disciplina. Secundum genus est forte debile et mediocre. que similiter sub uno genere computantur. iii genus est quod ab eadem consideratione trahit originem. scilicet uelox. tardus et mediocris. Quartum genus pulsus diuiditur in longum curtum mediocre. latum strictum. mediocre. apertum occultum mediocre. quorum omnium cause et significationes et diffinitiones processione habita patebunt. Secunda consideratio uersatur circa consistentiam corporis. id est arterie que est organum et instrumentum pulsus. Circa arteriam hec consistentie quoniam ipsa est dura mollis. uel plena uacua mediocris ut calida frigida. mediocris. hec autem ad arteriam pertinent. Nam pulsus proprie non dicitur calidus uel mollis ut uacuus nisi gratia arterie que talis est. Ab hac consideratione extra sumuntur genera pulsus scilicet durus. mollis. mediocris. plenus uacuus. mediocris. calidus frigidus. mediocris. Tertia consideratio respondit secundum diastolem et sistolem. id est spatium quod attenditur inter dilatationem et constrictionem. hoc tamen constrictio non occurrat sensui. per spatium tamen et moram que est dilationis cognoscitur mora constrictionis que si magna fit. fit pulsus prius si parua. frequens. ab hac tertia consideratione elicitur tertium genus pulsus. rarus frequens mediocris. Dicitur. quod in pantegni quod unus est ex parte quietis actorum. inducat dicentis. pulsus in dilatatione et constrictione quietis habet duas unam cum pulsus dilatatione sua exteriora digitorum pauitur et hanc exteriorem uocat quietem et hanc sensualiter inuenimus. Secunda quies est in constrictione cum pulsus ad centrum redit et hec quies non est sensualis quia non facile sensu percipitur sed constrictionis motu et dilatatione cognoscitur. Quarta consideratio uersatur circa collationem tamen aperte more quam occulte more pulsus fit incidens. id est propter maiorationem in noticiam nostri sensus cadens. Si autem plus occulte quam aperte. dicitur pulsus decidens. id est a noticia nostri cadens sensus et hoc est octauum genus quod eandem sui nascitur in consideratione quarta.

ordinate et inequali. cum igitur pulsus cauda tornatica qui ab occultis et quasi insensibilibus passionibus incipiens paulatim graduali tramite sed ordinate morando procedit de minimis ad paruos, de paruis aliquantulum apertos, de aliquantulum apertis ad magis manifestos et in continuatione et ordinate quousque se recipiat in fortes motus. Hic pulsus dicitur cauda soricina quia sicut cauda soricis in finali extremitate que in animali corpore remotior est incipit a minima gracilitate et continuatim procedit usque ad grossiorem et maiorem quousque contingatur animal sic et iste pulsus. et uere sibi [?] morando procedunt de debilibus ad minus debiles, de minus debilibus ad aliquantulum fortes, de fortibus ad fortiores.

Cauda retortiua post mollescit in ictu.
In reliquis languet. sed leuis motio tria
Iudicio sensus se quarta magis manifestat.
Quinta uiget. celeri firmatur sexta uigore.
De tenebris sensus et de languoris abysso.
Tendens in excessum gradualiter [?] timide surgens.
Hic pulsu solito non recipit ictus.

Finitiua suos. Cauda soricina finitiua pulsum per intelligitur qui a fortibus incipiens per minus fortes, inde per debiles, inde per debiliores tandem ab omni descendens per gradus debilitatos quod non sentiatur; et hic assimilatur caude soricis finitiue. Sicut enim cauda soricis a parte … spissior grossior est et paulatim gracilando procedit usque ad finem caude, tunc significat confortationem non et salutis reuersionem. Cauda finitiua mortis est preuia.

Finitiua suos motus ordit ab alto.
Sensim deprimitur. declinat. nullificatur.

Se de spatulo sensus attingit in imo
Hic uicinatus affert preludia mortis.

Collectus quia medicus meticulosus forte propter mortem egri eminentem desperaret et de uita sua timeret cauens sibi imputari ab amicis. ideo auctor eum consolatur et eius animum corroborat et confortat ostendens quod non sit ei timendum. Statim cum prenuntiauit mortem egri procurat sibi comparabit gloriam et honorem quoniam prudens … et loco prophete inter homines computabitur.

Collectus fuge sollicitudo uel opifex medicine.
Sed in spera ualet [?] … nil suffragia prosunt.
Dampna resarciri nequeunt iam morte propinqua
Atropos excludens lachesim uitalia rumpit
Stamina. dissoluit quam fors uitamque relegat.
Saluator maneat fortunas reuerentia uultus
Exterre ne pereat tu mors humana pudore.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium uatis retinens nomenque prophete
Non semper sanat medicus rethor ue probat [?].
Sed tamen officium concludit fine supino.
Signa que debes si contingentia seruet
Vitam uicturo. sed si uitam morituro
Iudicio dicat stabili quod crisis medentis.
Officium commune deum curatio morbi.

actio communis uix consumatur ab uno.

Descensu. In hoc capitulo diffinit actor quid sit pulsus caprizans et eius signum. Est itaque caprizans qui incipiens a velocitate ante digitos cadere videtur et post erigitur in complendam dilatationem et hic pulsus ad similitudinem capreoli caprizans nuncupatur. Cum enim capreolus incipit esse velox in saltu quasi descendere videtur et post in complendo cursum et saltum velocissimus est. Talis vero pulsus antequam regrediatur in centro duas habet dilatationes primam minorem et secundam maiorem sicut et facit capra que saliens in aere prius extollit una vice pedes deinde alia vice iterum extollit antequam in terra deponat vestigium. Caprizans est itaque pulsus alius sinister et alius per se. Que autem signet sunt naturalis ac in hoc capitulo exprimit et que sunt in illis.

Descensu saltum geminat caprizans in uno
More capre saliens que bis post aera pulsat.
Quem sepe solet in tanta quiete distinguere gressum
Cedit in hac spacio progressio prima secunde.
Hic signa lyasis stat dura rebellis.
Aure intalis vis in bestia notatur.
Si species talis genesi dictante resultat
Sensus eius summo precepto titubato ligatur
Cum multis revoluta minus non verba movere
Cogitus conceptum mutilata voce resolvit
Si caprizans est sub lege vel ordine pulsus
In causa mixta mali diversa dieta.
Dissona materies resolvo mixta vapores.

